Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Oracvla Magica Zoroastris

Opsopäus, Johannes

Parisiis, M.D.XCIX.

Notae qvaedam

urn:nbn:de:bsz:31-248481

Visual Library

NOTÆ QVÆDAM.

Cicero lib. 1. de diuinatione ſcribit, neminem Perſarum regem eſſe potuiſſe, qui nõ ante magorũ diſciplinam ſcientiamque percepiſſet. tanto in honore & admiratione habebãtur præcepta magica. Quid autem veterum magia & qui magi fuerint, e Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Cicerone & alijs infinitis cuique repetere licet. Vt breuiter dicam, theologiam ſimul cum phyſiologia tractabant apud Perſas, Sacas, & Medos; quemadmodum Brachmanes & Gymnoſophiſtæ apud Indos, Chaldæi apud Aſſyrios, ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios, Leuitæ apud Iudæos, Eteobutadæ apud Athenienſes, Etruſci apud Romanos, Druides apud Gallos & Germanos. Ne quis igitur hic artis portentoſæ & præſtigiatoriæ præcepta tradi putet. Dogmata ſunt de pietate & cultu diuino ſecretiora ſiue Magorum, ſiue Ægyptiorum, ſiue Chaldæorum, a fide orthodoxa non admodum aliena, vti Pſellus docet, & ante hunc Syneſius epiſcopus Cyrenenſis. E cuius libro περὶ ἐνυπνίων patet vix reliquias aliquas e ſacris illis oraculis ad nos perueniſſe, eaſdemque adeo mutilas & confuſas, vt centonem merito dicere poſſis e veterum ſcriptis conſutum. Quæ enim ille carmina refert, partim multum diſſimilia ſunt, partim in hiſce non reperiuntur. Ea, ne quid iure deſiderare poſſes, lector, breuiter indicanda cenſui.

In his noſtris non extant quæ libello citato pag. 102. leguntur: Εἰ δέ τις μέγα μὲν οἴεται τὴν ἀγωγὴν, φαντασίᾳ δὲ ἀπιστεῖ, μή τοι τὰ κατ' αὐτὴν ποτε πορισθῆναι τὴν εὐδαίμονα συναφὴν, ἀκουσάτω τῶν ἱερῶν λογίων ἃ λέγει περὶ διαφόρων ὁδῶν. μετὰ δὲ τὸν ὅλον κατάλογον τῶν οἴκοθεν εἰς ἀναγωγὴν ἀφορμῶν, καθ' ὃν ἔξεστι τὸ ἔνδοθεν σπέρμα αὐξῆσαι·

Τοῖς δὲ (φησὶ) διδακτὸν ἔδωκε φάους γνώρισμα λαβέσθαι,
Τοὺς δὲ καὶ ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπισεν ἀγκῆς.

ὁρᾷς, ἀντιδιέστειλεν εὐμοιρίαν μαθήσεων. ὁ μὲν ὕπαρ, φησὶν, ὁ δὲ ὄναρ διδάσκεται. ἀλλ' ὕπαρ μὲν ἄνθρωπός ἐστιν ὁ διδάσκων, τὸν ὑπνώοντα δὲ θεὸς ἧς ἐνεκάρπισεν ἀγκῆς, ὥστ' αὐτὸν εἶναι τὸ μανθάνειν τε καὶ τυγχάνειν. τὸ γὰρ ἐγκαρπί-

σαι καὶ πλέον ἐστὶ τοῦ διδάξαι. id est, *Si quis vero magni momenti esse arbitretur euectionem ad superiora, imaginationi autem fidem non habeat, dubitans num per ipsius consortium beatam illam coniunctionem assequi liceat: is audiat sacra oracula quæ de diuersis vijs proferunt. Equidem post totam enumerationem domesticorum subsidiorum ad sublimiorem meditationem, per quam facultas datur semen interius amplificandi, His quidem* (inquiunt) *luminis cognitionem doctrina acquisitam dedit, Alios vero etiam dormientes seminum virtutis suæ participes fecit. Vides vt ex aduerso distinxerunt disciplinarum felicitatem. Hic quidem inter vigilandum (aiũt) ille vero inter dormiendum eruditur. Atqui vigilantem homo est qui docet: dormienti vero deus suæ virtutis semina infundit: ita vt idẽ sit discere & consequi. nam semina indere & quasi implantare plus est quam docere.* Vnde manifestum est id quod Nicephorus ad hunc locum annotat, Synesium oracula multa silentio transiisse, nec integra recitasse.

P. 17, 5. ὅθεν] Huc respiciunt Synesij verba, eadem pagina, ἐς τοσοῦτο πεπλανημένον, ὡς μὴ ὅθεν ἦλθεν εἰδέναι. tantopere aberrantem, vt vnde venerit ignoret.

6. Hinc desumpsit Synesius quæ elegantissime scripsit ibidem pag. 109. ὅτι μὲν ἂν ἐξελθούσαις ψυχαῖς γένοιτο πόμα ληθαῖον, ἄλλος εἰπάτω. εἰσελθούσῃ δὲ εἰς τὸν βίον ψυχῇ ληθαῖον ὀρέγεται πόμα, τὸ τῇδε ἡδὺ καὶ μειλίχιον. θῆσσα γὰρ κατιοῦσα τὸν πρῶτον βίον ἐθελοντὶς, ἀντὶ τοῦ θητεῦσαι δουλεύει. id est, *Alius dicat quod sit lethæum siue obliuionis poculum illud animabus exeuntibus dari solitum. animæ certe in hanc vitam ingressæ exhibitum obliuionis poculum nihil aliud est nisi vitæ huius dulcedo & voluptas. cum enim mercenaria sponte ad hãc vitam descendat, loco operæ mercede locãdæ iugum seruiliter subit.*

8. Synesij versus nostris multum sunt dissimiles. sic enim habet ille pag. 108.

Μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὸν μεγαναυγέα κόσμον,
Ὠβυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωταί τε καὶ ἄδης
Αμφικνεφὴς, ῥυπόων, εἰδωλοχαρὴς, ἀνόητος. id est,
Ne deorsum nutes ad mundum atrum & tenebris plenum,
Cui gurges profundus sẽper infidus substratus est & orcus
Vndique caliginosus, sordidus, spectris gaudens, amens.

Vide integrum locum Synesij. conferet enim ad intelligentiam

tiam ſequentium & præcedentium.

11. Marſilius Ficinus lib. XVII. de animorum immortalitate cap. vlt. Zoroaſtri, vt & ſequentia plurima, adſcribit, & ita interpretatur, *Tuum vas beſtiæ terræ habitant.*

12. Idem Marſilius lib. XIII. non longe ab initio, *Ne tu augeas fatum*, inquit, *quaſi in tuo arbitrio ſit cedere fato atque non cedere.*

V. pæn. Hunc verſum & ſequentem refert Ficinus lib. X. de immort. animorum, cap. VIII. cum hac interpretatione, *Aſcendendum tibi eſt ad lumen ipſum & patris radios, vnde infuſa eſt tibi anima multo mentis lumine circumfuſa.*

P. 18, 3. Vetus codex regiæ bibliothecæ habet ἃ ἃ τοὺς δὲ: ſimiliter accentu tantum mutato, eruditione præſtantis viri Sanctandreani exemplar ἃ ἃ τοὺς δὲ χθὼν, &c. vtrumque σχετλιαστικῶς *ah ah*, vel *heu heu.*

6. Reginæ exemplar refert τὸ παρθένιον οὐ προιοῦσα, cõtra metri regulam: quanquam id nõ vbique in hoc fragmento obſeruatum ſit.

7. Tres hos verſus paucis explicat Marſilius lib. XIII. cap. IV. ita ſcribens: *Qui phantaſiam vult ſilere, ac etiam ſupremi numinis deſiderio flagrans, conſuetis rationis naturalis diſcurſibus nõ cõfidit, ſola viuit mẽte, euadit angelus, & toto capit pectore Deũ. Hæc ſignificat Zoroaſter: Anima hominum deum quodammodo cõtrahit in ſeipſam, quando nihil retinens mortale, tota diuinis hauſtibus inebriatur. Tunc quoque exultat in corporis harmoniam.*

11. Idem libro & capite dictis verſus aliquot e ſequentibus huc tranſlatos ita ordinat,

Ὅτι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινὸν,
Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ' ἄρδην
Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω.
Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς. id eſt, illo interprete, *Quoniam anima per potentiam patris fit ignis ſplendidus, dominetur in te immortalis profunditas animæ, et oculos omnes vna tolle in altum. Tunc neque etiam materiale ipſum corpus præcipitio derelinques. Ignem appellat lucem ipſam qua exuberat deus per ſe, & anima per vim patris conuerſa in patrẽ abundat. Et quia deus eſt ipſa vnitas ſuper mentem, & centrum eſſentiarum ſuper eſ-*

sentiam, ideoque non vnitur illi per mentem proprie, sed per vnitatem animæ, quæ est mentis caput, centrumque totius animæ. Idcirco dicit Zoroaster, Ducat te animæ profunditas immortalis, id est vnitas ipsa, quam impressit quondam deus animæ tanquam vnitatis diuinæ characterem, a qua & ad quam omnes aliæ vires animæ, quasi a centro & ad centrum omnes circuli lineæ pendent.

12. Marsilius lib. v. de anim. immort. cap. XIV. *Immortalis manet, ac vitæ domina est. q. d. ideo immortalis manet, quia habet vitam pedissequam, sicuti sol lucẽ, crinita comã.* Vide locũ. docet enim illic fuse, animã abire aduenientẽ morte, nõ perdi.

13. Idem lib. IV. cap. vltimo: *Oportet profecto animam ipsam esse quodammodo omnia, de qua Zoroaster ait: Mundanorum sinuum multas plenitudines comprehendit.*

15. Idem lib. XVIII. de animorum immort. cap. IV. *Ne fædes spiritum, neque in profundum exaugeas quod est planum. Spiritum planum appellat ipsum vehiculum, non quia corpus non sit atque profundum, sed quia propter tenuissimam & splendidam puritatem sit quasi non corpus. Præcipit ergo ne propter nimium corporis elementalis affectum, cogas ipsum etiam post hanc vitam sordidum atque graue superfore caliginis elementalis adiunctione.*

17. Idem ibidem: *Est idolo quoque locus in regione perspicua. quia scilicet cum vehiculo simul & anima rationali recurret in cælum.* Sequentem versum coniunxit Ficinus cum superiore illo cuius initium est Ὅπι ψυχὴ, cap. IV. lib. XIII. Synesius quoque hunc cum præcedente allegat libro de insomniis pag. III. edit. Turneb. sed ordine inuerso. Θέα δὴ (ait) πόσα τῷ μέσῳ τὸ πνεῦμα τῶν ἐμπολιτεύεται. ῥεψάσης μὲν κάτω ψυχῆς ἔλεξεν ὁ λόγος, ὅπ ἐβαρώθη τε καὶ ἔδυ, μέχρις ἐγκύρῃ τῷ μυκωνῖ & ἀμφικνεφεῖ χώρῳ· ἀνιόσῃ δὲ καὶ σωέπεται μέχρις ἂν εἰς πλεῖστον τὸ ἀνδικείμενον ᾖκη. ἄκουε γὰρ & τοῦ τοῦτον τῶν λογίων λεγόντων·

Οὐ τῷ τῆς ὕλης κρημνῷ σκύβαλον καταλείψει,
Ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ μετὰς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

ἔστι δὲ ἀνδίθεσιν ἔχει τοῦς τ ἀμφικνεφῆ. καί τοι τί πλέον τὶς ἂν ὀν τοῦτοις ὀξυωπήσειεν; ὁ γὰρ μόνῳ εἰς πᾶς σφαίρας ἀνάγειν ἔοικε τῷ ἐκεῖθεν ἥκουσαν φύσιν, δηλὰ εἴπ & τῆς πυρὸς & τ ἀέρος ἀκρότητες εἰς τ εἰδωλικὴν φύσιν ἔασαι καλοῦσα τοῖν τὸ γήϊνον ἀμφιέσαθαι κέλυφος, καὶ τοῦτο, φησὶ, τῇ κρείττονι μετάδι σωαναπέμπει. ὕλης γὰρ σκύβαλον οὐκ ἂν εἴη τὸ θεαπέζιον σῶμα. & quæ sequuntur.

tur. Quæ sic Latine reddidit Pichonius, *Observa igitur in quanto interuallo spiritus hic fantasticus versatur. Declinante quidem deorsum animo, dicebat oratio, quod opprimitur atque subit quousque incidat in tenebrosum & vndique caliginosum locum. Sed ascẽdentem etiam comitatur, quoad sequendi facultas sit. Et sequi potest donec in maxime oppositum & omni ex parte fulgentem locum venerit. Audi etiã hac de re vaticinia dicentia: Non in eminenti ac sublimi loco materiæ purgamentum relinquet: sed & simulacro pars est in loco vndique fulgente. Is autẽ controuersiã habet cum vndique caliginoso. Nam quid acutius in his versibus quispiã cernere possit? non enim solum in globos cælestes reducere videtur illinc venientem naturam, sed si quid ex ignis & aeris summitate in imaginariam naturam descendens attraxit, antequam terrenum induerit tegumẽtum, & istud, aiunt, cum validiori parte transmittit. nam materiæ excrementum haud fuerit diuinum corpus.*

19. Explicat Plotinus philosophus lib. IX. de anim. educt.

20. Marsilius sic vertit lib. XIII. de animorum immortalitate cap. IV. *Si mentem ardentem ad opus pietatis intenderis, labile corpus seruabis.*

21,7. Pulcherrima declaratio huius oraculi peti potest e Synesij libro de insomniis pag. 109. vbi sic inquit, αἱ παρ' ἀξίαν καλούμεναι ξυμφοραὶ, μέγα μέρος συμβαλλόνται πρὸς τὸ λύσαι τὴν ῥέψιν ἣν ἔχομεν πρὸς τὰ τῇδε. &c. id est, *Calamitates insolitæ maxime cõferũt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur.* & paulo post, ποιναὶ γὰρ ὑλαῖαι πέπε δὴ τὰ παρ' εἱμαρμένην κινοῦσαι κατ' τὴν ἀφυσιασάντων πρὸς τοὺς νόμους αὐτῆς. καὶ τοῦτο ἄρα αἱ καλούμεναι πεῖραι, ἃς Ἡρακλέα τε ἀναπλῶσαί φασιν ἱεροὶ λόγοι. hoc est, *pœnæ sane etiam præter fati necessitatem mouentur aduersus feroces & legum frena excutientes. atque hæ profecto ærumnæ sunt & celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri sermones.*

8. Marsil. lib. XIII. de anim. imm. cap. IV, vt supra indicaui.

10. Idem refert lib. XIV. cap. I. *O homo naturæ audentissimæ artificium.*

12. In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur, ἀθρήσης παύπα λ. & linea pænult. κεραυνοῖς.

22. Hic est ordo versuum huius paginæ in codice regio. Primus est παύπαν, secundus πῶς ἔχει κόσμος, tertius ἰώίκα, quar-

tus λαμπόμενον, quintus κλῦθι, sextus πάντα γὰρ, septimus δευτέρῳ, octauus πατὴρ οὐ φόβον, nonus ἑαυτὸν ὁ πατὴρ cum proximo οὐδ' ἐν, decimus ἔστι δὲ δή τι, vndecimus εἰσὶν πάντα, duodecimus μάνθανε τὸ, decimus tertius νοούμεναι, decimus quartus βουλαῖς: quintus aũt in istius paginæ ordine σύμβολα, &c. plane omissus est.

5. Rãconet⁹ vir exqsitę doctrinę & iudicij legit νοῦς ἔσπειρε.

7. Marsilius lib. I. de anim. immortalitate cap. VI. *Aliud mens erit, aliud veritas. Quod sic aperit Zoroaster, Scito intelligibile ipsum esse extra mentem.*

8. Idem lib. XIII. cap. V. *Est intelligibile aliquid quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaster ipsum animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput.*

9. Idem lib. II. cap. VII. *Esse ipsum rebus omnibus est commune. Esse igitur vbicunque sit, pendet ex Deo. Quod mystice tetigit Zoroaster: Omnia sunt ex vno igne genita.*

10. Ficinus lib. IV. cap. I. *Essentia angelorum principio informis est quodammodo, & tanquam paßiuum subiectum quoddã exponitur ad actum intelligendi, & formarum idearumque ornatũ suscipiendũ. de quo Zoroaster ait: Omnia perfecit pater, & menti præbuit secundæ.* Porro corrige ἐξετέλησε, & scribe ἐξετέλεσε. ita enim in hoc verbo syllabam producunt poetæ, non vocalis breuis in longam mutatione.

11. Regium exemplar habet κληΐζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν, & ita quoque correxerat Ranconetus. sed laborabit carmen, nisi illi hac ratione subuenias, κληΐζετ' ἅπαν γένος ἀνδρῶν. Recepta lectio tamen non est improbanda.

15. Marsil. Ficinus lib. I. de anim. immort. cap. V. *Angeli mouent, non mouentur, de quibus Zoroaster, Mundus habet intellectuales rectores immobiles.*

16. Idem lib. IV. cap. I. *Angelus animam vno excedit, quod manet: Deo cedit vno, quod multiplex est. Deus tamen per hoc vnũ abit super omnia in infinitum. quod ita cecinit Zoroaster: Pater per se ipsum rapuit, neque in mente quidem quæ illũ sequitur, proprium inclusit ignem. q. d. nullam habet cum cæteris comparationem.*

19. Idem lib. III. cap. vlt. *si animos pulsat, quia illi sursum deorsumque libere volubiles sunt, pulsat, & libere, ita vt alliciat, non trahat, non cogat, sed persuadeat. Quod Zoroaster ita testatur,*

Pater

Pater non incurrit metum, sed persuasionem inducit.

P. 25. Hæc inscriptio est e codice Sanctandreani scripto & Ranconeti cuso. in regio ista erat: μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου μάγων ἐξηγηθέντα τῷδε Γλήθωνος.

8. Vetus exemplar vtrumque, Regium & Sanctandr. in aoristo legit, τῷ θνητῷ ὃ θέμαν θητεύσασιν, ἥτι ὀλίγον χρόνον ἐργασαμένῳ αὐτῷ, & κοσμήσασιν, &c. omisso illo καὶ ζωδσιν τε.

P. 26,19. In Regio cod. ἐξ ἀποπίπλων.

P. 29,7. In Sanctandreani cod. ἅπαντα χωρεῖ.

13. In eodem scribitur λόγον φρονήσεως ὄνα. quid si φωνήσῃ pro φρονήσῃ scribas?

V. vlt. Iterum vtrumque exemplar, ἃ ἃ τοιόδε χθὼν, &c. vt supra pag. 18.

P. 30,5. Regius codex, τῷδε πολαύειν ὃ δεῖ, & mox l. 11. λύπης pro λήθης.

P. 33,7. Verba ista ἡ πλὴν τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργοῦσα, omissa sunt in Tiletani editione: nunc vero e Regio codice inserta: quæ tamen ne sic quidem integra esse docuit exemplar Sanctandreani ita referens hoc membrum, ὡς αὐ αὐτὴ ὅσα ἡ τοιαύτην τῷ παντὶ λειτουργίαν λειτουργοῦσα, ὥστε, &c. id est, *tanquam ipsa publicũ eiusmodi ministerium vniuerso præstans in causa sit, vt, &c.* Sic loquitur Synesius pag. 109. δηὰ ἐκεῖνο μὴ ἐν λειτουργίαν ὄνα ἐκπλῆσαι τῇ φύσει τὸ κόσμου, θεσμῶν ἀδραστείας ὀπιταττόντων. *i. Sed istud erat ministerium quoddam naturæ mundi explere, huicque satisfacere, diuinis Adrastiæ institutis ita imperantibus.*

P. 37,15. Vide Synesij librum de insomniis pag. 103.

22. Scribitur συγγενέσθαι in Regio cod.

P. 42,5. Sanctãdreani codex habet, βλαστήματα καλὰ καὶ ἐσθλὰ, eodem sensu.

10. Exemplar Regium legit, ὑπερέχοντες τῷ λογικῷ, &c. & l. 13. ἥτοι οἱ κολαστικοὶ δαίμονες.

P. 45,13. Vtrumque exemplar habet, ἥτοι ἁπλῆ & κακουργίας (regium πανουργίας) ὅπ μάλιστα καθαρεύσῃ, id est, *simplice & omnis malitiæ scelerisque pura.*

16. In vtroque scribitur καθ' ὅλον λάμπον τὸν κόσμιον.

21. Scribe ὀνέ ἀπειρε cum scripto codice Sanctandr.

P. 46,1. Scribendum est ὀνεργεία, *actu.*

25. Vterque codex habet, ἤπι ἀκινήτις. κίνησιν γὰρ ἐστ. vt quoque exponitur pagina sequenti.

P. 49,5. Placet Regij codicis lectio ἀκινήτως, vt opponatur τῷ διεξοδικῶς.

9. Sanctandreani exẽplar fert κόσμῳ pro ὑφεκτῶ. Mox corrige mẽdum in τῶν ἀφθαρτῶν, cum neutrum esse debeat subiuncta virgula, quam minùs acutus oculus pro ς arripuit.

19. Scribe ἐξήρηται. Mox desunt verba ista, κἂν ἀγαπᾶτε τοὺς πάντων, in vtroq; codice, forte e sequenti pagina huc trãslata.

21. Mallem diuisis vocibus ὑ ὃ μετ. legere.

P. 50,9. Mancus erat hic locus in Tiletani editione, quem e scriptis libris in integrum restituimus.

12. Sanctandr. codex legit, ὠρομάζης ἐφεστώτη.

15. Post λογίων sequitur in vet. edit. μίθρλω ὃ καὶ τὸ ἥλιον Περσιστὶ καλεῖται· ἀλλ' ἡλίου τύπου, Ὠρομάζη μὲ πεπλάσιον ἑαυτὸν ἀφεστακέναι. Nos secuti sumus veterum codicum lectionem: quanquam ne sic quidem mendi suspicio absit.

26. Marthanus interpres πεντακοσίοις, hoc est *quingentis*, reddidit, quod supra veri fidem sit, si πεντακισχιλίοις agnoscatur: aitque frequentes sibi vtraque lingua scriptores subscribere. Plutarchus tamen lib. de Iside & Osiride & Plinius lib. xxx. cap. 1. tuẽtur vulgatã lectionem. at Marthano Suidas fauet.

IN PSELLI EXEGESIN.

P. 53,8. Hanc Pselli expositionem transtulit Gregoras Nicephorus in sua scholia quæ commentatus est super librũ Synesij de insomniis, pag. 111. & 113. editionis Parisinæ.

17. Legendũ est αὐτῆ, p αὐτὴ, nẽpe animæ ratione præditę.

P. 54,5. Deest μὲν, vt ex Nicephoro, & opposita δὲ particula apparet: τῷ μὲν ἡμίσει.

P. 61,19. Horum versuum sententia expressa extat in Sibyllinorum oraculorum lib. 111. pag. 232. nostræ editionis.

P. 62,2. Metrũ requirit ἡελίου. sed id in his magicis oraculis non admodum curiose obseruatur.

3. Marsilius Ficinus lib. 1 v. de animorum immortalitate cap. vlt. agnoscit hunc versum.

9. Citatur hic versus a Synesio in lib. de insomniis pag. 102. nonnihil varians. Verba eius sunt: ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρελήφθω

τῶν θεαματικὸν

θραστικὸν τῆς ἀξίας, τῆς κ' τὴν ἐν φαντασίᾳ ζωὴν, πρὸς τοὺς ἀπογνώσκοντας αὐτῆς τὰ τὰ ἐλάττω, ὡς οὐδὲν θαῦμα ὅτω γινώσκειν ὑπὸ πρεσβῆς σοφίας πρεσεπτικότας τοῖς ὑπὸ τῶν λογίων ἀποκηρύκτοις. φησὶ γὰρ,

Οὐ θυσιῶν παλάγχων τ' ὄπμαι, τάσ' ἀθύρματα πάντα.

καὶ φεύγειν αὐτὰ προκελεύεται.

19. Imperatiuus est, ideo scribe πολυπρεσγμόνε.

P. 66, 7. Male locatum accentũ moue in vltimam, ζῶῆς.

P. 70, 21. Refert hoc oraculum cum sua interpretatione Nicephorus in scholiis ad Synesium pag. 96. Vide quoque eruditam eius explicationem apud Origenem lib. v. contra Celsum.

P. 73, 2. Distinctio commodior erit, si hic perfectum punctum ponas, & linea sequente imperfectum.

6. Scriptum exemplar habet ἀθυνεῖ verbum. sed eodem recidit sensus.

P. 74, 1. Legitur cum expositionis parte in Nicephori scholiis ad Synesiũ pag. 96. edit. Græcæ, vbi ἑκαλικὸς scribitur.

4. Nicephorus legit, δι' ὅλης ὃ τῆς ὀπφανείας χαρακτῆρας καὶ γράμματα διάφορα.

6. Suidas, ἔστι δὲ τὸ ὀργάνιον πίνυξ καλούμενον, ὅπερ εἰώθασιν αἱ φαρμακίδες φέρειν ὡς κατακηλούμεναι τοὺς ἀγαπωμένους.

P. 78, 16. Versus requirit παρθένον genere neutro, vt supra, quod vix alibi reperias.

P. 89, 7. Hanc oraculi expositionem verbotenus suo in Synesium commentario inseruit Nicephorus, pag. 114.

10. Legit idem τὰ τοιαῦτα τῶν δαιμόνων γλῶν. & statim, πρὸς ταῦτα ἔρχονται καὶ οἱονεὶ συγκολλῶνται.

P. 90, 8. Vide Nicephori scholia pag. 117.

P. 93, 20. Et hæc quoque transcripta sunt a Nicephoro pag. 126. dicti commentarij.

P. 97, 21. δι' οἰκονομίαν posset verti, *in mundi gubernatione*, vt ad deum referatur, non ad homines, iuxta nostram interpretationem.

P. 101, 14. Retulit hæc Pselli verba in suum commentarium Nicephorus sub finem pag. 126.

P. 105, 18. Istam quoque fati descriptionem hinc decerpsit idem Niceph. pag. 110.

P. 109, 5. Hoc præceptum magicum cum explicatione ſua citatur in iiſdem Nicephori ad Syneſium ſcholiis pag. 96. vbi metri ratione ſeruata ſcribitur, ἡνίκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον, &c. & ſtatim μνήζουριν. de quo lapide vide Auguſt. Steuchum lib. VIII. de perenni philoſophia cap. XXVIII. de dæmonum autem diuiſione ſecundum Chaldæos, Nicephorum in ſchol. pag. 117.

Pag. 110, 10. Scribe ἀνέκφραστον.

14. Retinui Græcam dictionem *iunges* in verſione, quod ea Lælius poeta apud Appuleium vſus ſit in his verſibus:

Philtra omnia vndique eruunt.
Antipathes illud quæritur,
Trochili, iunges, tæniæ,
Radiculæ, herbæ, ſurculi, &c.

Nominis rationem & ſignificationem vide apud Pindari & Theocriti ſcholiaſtas, Suidam item & Nicephorum ad hæc Syneſij verba αἱ μάγων ἴυγγες αὗται, pag. 96.

15. Retinui lectionem codicis regij: quam tamen e ſuperioribus emendare facile eſt.

19. Mendoſa videtur ſcriptura ἀς νοεῖται. nec certi quid colligetur, niſi vel αἳ νοέουσι, vel ἀς νοεῖν φησι nobiſcum legas.

P. 114, 18. Seruius in illud Æneid. XII. — *& dijs communibus aras*: Vt autem altioris ſcientiæ hominibus placet, dij communes ſunt qui ἄζωνοι dicuntur, id eſt qui certi certas nō habent partes, ſed generaliter a cunctis coluntur. vbique enim eos eſſe manifeſtum eſt, vt mater deum, cuius poteſtas in omnibus zonis eſt.

P. 117, 1. Σειρὰ idem videtur denotare quod Syneſij Σίρραιον. cuius ſignificationem vide apud Nicephorum pag. 114.

P. 118, 2. Scribendum eſt πτεροῤῥύησιν. & hoc eſt e Platonis philoſophia in Phædro, vbi Adraſtiæ legem exponit. ἣν δὲ (inquit) βαρυνθεῖσα ἡ ψυχὴ πτεροῤῥυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, & quæ ſequuntur.

FINIS.